

FA
2814
1615616

BVLLA LEONIS PP. DECIMI CONCESSA MILITIE ET
MILITIBVS DE ALCANTARA.



LEO Epif. Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In Apostoli-
ce dignitatis specula licet immeriti disponente domino constituti sub re-
gularibus institutis studio pie vite vacantibus, simulque pro fidei Ca-
tholice defensione militatibus personis, apostolici fauoris presidium libe-
ter impeditimus, ac in his que solidationem status, & profectum, ac tran-
quillitatem earundem respiciunt; nos eis gratiosos, & fauorabiles exhibe-
mus pro ut etiam Catholicorum Regum vota exposcunt, & id conspiciamus in domi-
no salubriter expedire. Dudum siquidem postquam se. re. Honorius iii. ut nullus ab Ab-
bate monasterii Cistercien. Cabilonen. dioc. eiusque coabbatibus, & Prioribus, ac Ab-
batissis, & alijs personis Cistercien, ordinis de terris suis ante generale concilium ac-
quisitis etiam de illis quas alijs concesserant excolendas, & ad eos redierant, si eas ma-
nibus proprijs aut sumptibus coleret decimas exigere aut extorquere presumerent
inter alia per quasdam Inhibuerat, & Martinus V. Rom. Ponti. predecesores nostri
Archiepiscopis Episcopis, abbatibus, prioribus, Decanis Archidiaconis prepositis, &
alijs ecclesiarum Prelatis ad quos sue super hoc confectae litere peruenirent expresse
mandauerat, ut Cistercien. ac alios Abbates, Priores, & Abbatissas, ac omnia, & singu-
la monasteria, necnon singulas personas dicti ordinis tunc presentia: & futura ubi-
que pro tempore existetia a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante, &
post concilium antedictum, quam ex tunc de cetero habendis, & tam de noualibus siue
ante, siue post huiusmodi concilium acquisitis, & acquirendis que proprijs sumptibus
colebant, & coleret, quam alias quomodocumque, & qualitercumque excolerentur, necnon de
hortis virgultis, & piscationibus suis, ac de suorum animalium nutrimentis singuli ip-
sorum omnino seruarerentur immunes pie me. Sixtus Papa iiii. etiam predecessor noster li-
teras tam Honorii, quam Martini predecessorum huiusmodi ratas, & gratas habens illas
cum omnibus in eis contentis clausulis, per alias suas literas confirmauit, & approba-
uit, ac iuxta omnimodas earum continentias, & formas in sui roboris firmitate perpe-
tuo subsistere decreuit, & nihilominus Cistercien. ac priores, et singulos alios Abbates
priores, Abbatissas, necnon omnia, et singula monasteria tunc presentia, et futura ubi-
libet existentia, singularesque personas ordinis huiusmodi a prestatione decimarum
tam de possessionibus habitis ante, et post concilium predictum, quam ex tunc de ca-
etero habendis, et tam de noualibus siue ante, siue post concilium huiusmodi acquisitis
et acquirendis que proprijs sumptibus excolebant et excolerent, quam alias quomodo-
cumque, et qualitercumque excolerentur, et etiam de illis possessionibus, de quibus ali-
quis eatenus decimas perceperat necnon de hortis, virgultis, piscationibus suis, et de
nutrimentis ipsorum animalium auctoritate predicta penitus exemit, et exempta fore per
petuo decreuit. Et deinde recolende memorie Innocentio Papae viii. similiter predeces-
sori nostro pro parte tunc Cistercien. et aliorum monasteriorum ordinis huiusmodi
Abbatum ac dilectorum filiorum conuentuum eorundem exposito quod licet ipsi eo-
rumque ac dicti ordinis Monasteria tam virorum, quam mulierum, et alia religiosa loca, et
membra, ac monachi Moniales, vasalli, subditi, et eis seruietes bonaque omnia iam dudum
per plures Roman. Pont. nostros tunc ipsius Innocentij predecesores sub ipsorum
pontificum, et Apostolicae sedis protectione recepti, et recepta, ac eidem sedi immediate
subiecti, et subiecta, necnon ab omni iurisdictione ordinaria exempti, et exempta forent,
eisque concessum esset ut ad prestationem aliquarum collectarum, seu subsidiorum, aut
procuracionum, et aliarum exactionum per sedem predictam, seu eius legatos, aut ipso-
rum auctoritate, et mandato, seu per locorum ordinarios, vel alios pro tempore imposi-
torum non teneretur, Tamem ipsi desiderabant, pro maiori eorum quiete, receptioni, su-
bjectioni, et alijs premisis robur sue approbationis adiici, illaque omnia per eundem
Innocentium predecessorem de nouo concedi. Idem Innocentius predecessor Abbatum, et
Conuentuum predictorum in ea parte supplicationibus inclinatus receptionem, subie-
ctionem, et exemptionem predictas, ac singulas desuper confectas literas cum omnibus, et
singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica ex certa scientia per suas lite-
ras approbavit, ac perpetue, & inuiolabilis firmitatis robur obtinere decreuit. Et ni-
hilominus pro potiori cautela monasteria, loca, membra, & bona omnia huiusmodi
tunc presentia, & futura Abbates, Abbatissas monachos, moniales, vasallos subditos
& seruietes prefatos tunc, & pro tempore existentes auctoritate & scientia similibus sub

Honor. 3
inhibes

Martinus 5

mandat.

Sixtus iiii

eximit.

Innocen-
tius viii.

gustipit Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum iudicum ordinariorum, eorumque Vicariorum, & officialium quorumcunque; necnon a solutione, subsidiorum etiam charitativorum procuratorum collectarum, & aliarum exactionum huiusmodi pro tempore imponendorum perpetuo prorsus exemit, & totaliter liberavit, ac eisdem Innocentio predecessori, & sedi immediate subiecit, ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Iudices, Ordinarii, Vicarii, & officiales prefati etiam ratione delicti, aut contractus vel rei de qua ageretur, ubicunque committeretur delictum iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in eos, aut eorum aliquem seu monasteria, loca, membra, & bona predicta, tanquam prorsus exemptos, & exempta Iurisdictionem, correctionem superioritate, dominum, vel potestatem exercere, aut excommunicationis suspen. vel interdicti, seu quasvis alias sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas promulgare presumeret, aut possent, vel deberent quoquomodo, nec ipsi sic excepti coram illis, aut eiusdem sedis delegatis, vel subdelegatis nisi in literis eas pro tempore directis de Innocentij predecessoris, literis huiusmodi specialis specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret ad iudicium euocari, aut quouismodo directe, vel indirecte molestari possent, vel deberent **Decernit.** Decernens omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & poenas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episcopos, Iudices, Ordinarios, Vicarios, & officiales predictos, seu eorum aliquem contra Abbates, & alios exemptos monasteria, & loca huiusmodi etiam exempta, ut praefertur haberi, & promulgari, necnon quidquid secus super his ab eis vel alio quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contineret, Irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti prout in singulis literis predictis plenius continetur. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Carolus Roman. Rex in Imperatorem electus Illustris qui etiam Castelle, & legionis Rex ac militie de Alcantara dicti Ordinis perpetuus administrator per sedem predictam deputatus existit tam suo, quam dilectorum filiorum vniuersorum priorum preceptorum Commendatorum, nuncupatorum, Militum fratrum, & aliarum personarum dictae militiae nominibus nobis nuper exponi fecit licet Magister pro tempore existens, ac omnes & singuli priores, Preceptores, Milites, & fratres Militiae huiusmodi eiusdem ordinis profesores existant, & sub eadem regula militent, & viuant. Nihilominus quia in literis Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij predecessorum huiusmodi de dicta Militia, & illius personis monasterijs domibus preceptoris alias commendarijs nuncupatis, & locis specialis mentio facta non extitit a nonnullis asseratur **Narratio.** Magistrum, seu Administratorem pro tempore existentem Priores, Preceptores, Milites, fratres & personas, necnon monasteria, domus, & loca militiae huiusmodi, Inhibitione, Mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis predictis, ac alijs priuilegijs, necnon indulgentijs, etiam spiritualibus, ac peccatorum remissionibus eidem ordini, & illius Abbatibus, Monachis, & personis necnon virorum, & mulierum **Petitio.** monasterijs, prioratibus, & locis per sedem predictam concessis uti potiri, & gaudere non posse, Praefatus Carolus Rex, & Administrator dictis nominibus nobis humiliter supplicari fecit, ut Magistro, seu administratori Prioribus, Praeceptoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis pro tempore existen, Militie huiusmodi cuius etiam clare memorie Ferdinandus Aragonum, & Siciliae Rex ad cuius supplicationem nonnulla desuper concedi concesseramus dum viueret perpetuus administrator per sedem eandem deputatus existeret, eorumque vasallis, & seruatoribus, ac monasterijs domibus, & alijs locis quod huiusmodi inhibitione mandato, susceptione exemptione, liberatione, & decretis, ac alijs priuilegijs, immunitatibus. concessionibus, gratijs, & indultis ac indulgentijs, & peccatorum remissionibus ordini, ac illius Abbatibus, Prioribus, monachis, & personis, necnon monasterijs, prioratibus, & locis predictis, ac eorum Ecclesijs concessis gaudere possint perpetuo concedere, ac alias in premissis oportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui Religiosarum personarum quarumlibet presertim sub regularibus militijs pro defensione Christiane fidei insudantium felici successui indemnitati, & quieti quantum cum Deo possumus libenter consulimus Priores, Praeceptores, Milites, fratres, & personas prefatos, ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus, quomodolibet innodatmodati existunt ad effectum presen-

presentium duntaxat consequentem. harum serie absolventem. & absolutos fore censentem. Abolutio
huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem Magistro, seu Administratori pro
tempore existenti Prioribus, Preceptoribus, Militibus, fratribus & alijs perso-
nis dictæ Militiæ, illorumque vasallis, & seruatoribus etiam pro tempore exi-
stentibus, ac eiusdem Militiæ, virorum, & mulierum, monasteriis domibus, &
locis alijs, eorumque ac in districtu, & dominio ipsius Militiæ consistentibus eccle-
siis presentibus, & futuris, vt de cetero perpetuis, futuris temporibus inhibitione, mā-
dato, susceptione, exemptione liberatione, subiectione, & decretis ac literis predictis Inhibitio
& aliis in eisdem literis contentis, nec non omnibus & singulis priuilegijs concessio-
nibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, ac indulgentijs etiam spiritualibus, & te-
poralibus, ac peccatorum remissionibus dicto ordini, illiusq; Abbatibus, Prioribus māda un
susceptio
remotio li
beratio
subiectio.
monachis, & personis, nec non virorum, & mulierum monasterijs, prioratibus, & locis
ac illorum ecclesijs per sedem predictam & alias quomodolibet in genere concessis
hactenus, & in posterum similiter in genere concedendis perinde, ac si eidem mili-
tiæ, ac illius Magistro, seu Administratori, Preceptoribus, Militibus, Prioribus, fratri-
bus, & aliis personis, ac eorum vasallis, & seruatoribus, nec non monasterijs, domibus
& locis, eorumq; ac in ipsius Militiæ districtu, seu dominio consistentibus ecclesijs huius-
modi specialiter indulta, & concessa fuissent vt potius gaudere libere, & licite valeant.
Necnon omnibus vtriusq; sexus Christi fidelibus qui monasteriorum eiusdem militiæ pre-
sentiū, & futurorum, ac in ipsius districtu, & dominio pro tempore consistentes ecclesias de-
uote visitauerint, ac pro manutentione monasteriorum, & ecclesiarum huiusmodi
manus adiutrices porrexerint, & alia in literis indulgentiarum Cisterciens. ordini cō-
cessis, & concedendis huiusmodi contenta iuxta tenorem illarum adimpleuerint, vt
illas indulgentias, & peccatorum remissiones quas consequuntur visitantes ecclesias
monasteriorum, & aliorum locorum Cisterciens. ordinis huiusmodi pro quibus in-
dulgentiæ, & peccatorum remissiones predictæ concessæ reperiuntur, & concedentur
vt prefertur cōsequantur auctoritate Apostolica tenore presentium de speciali gra-
tia concedimus, & pariter indulgemus, Decernentes irritum, & inane quidquid su- Concessio
indultum
de re. um.
per premissis, aut eorum aliquo contra Magistrum, seu administratorem, Priores, pre-
ceptores, Milites, fratres, personæ, vasalli, & seruatores, ac monasteria, domos, & loca,
nec non priuilegia, concessiones, & indulta prædicta & in eis, vel eorum aliquo con-
tenta a quoquam quauis auctoritate fungentem, seu functuro scienter, vel ignoranter cō-
tigerit attentari. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, nec non ordinis, & militiæ predictorum iuramento confirmatione apo-
stolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus stabilimentis vsu-
bus, & naturis ac quibusuis alijs priuilegijs, ac indultis apostolicis ordinum Cisterciens.
huiusmodi sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis efficacissimis,
insolitis etiam derogatorijs derogatorijs, clausulis irritantibus, quam etiam
decretis alijs etiam iteratis vicibus concessis, & confirmatis quibus quatenus obstet
etiam si de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica, indiuidua, & expressa men-
tio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi,
ac si de verbo ad verbum & forma in illis tradita obseruata inserti forent presentibus
pro sufficienter expressis & insertis habentes, Illis alias in suo robore permansuris hac vice
duntaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ dicti Honorius,
Marinus, Sixtus, & Innocentius predecesores in præfatis eorum literis voluerunt non ob- derogatio.
stare, ac quacunque consuetudine incontrarium introducta, cæterisque contrarijs qui-
buscunque Ceterum quia difficile foret præfatas literas ad singula loca vbi neces-
se fuerit deferre, Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transum- Voluntas
decre. um
ptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prelati, seu persone in digni-
tate ecclesiastica constitute, aut curie ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides vbi-
que in iudicio, & extra adhibeatur que ipsis originalibus literis adhiberetur si forent
exibite, vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre abso- Abolutio
concessio
indultum
derogatio
v. l. n. de
cretum.
lutionis, concessionis, indulti, derogationis Voluntatis. & decreti infringere, vel ei
a usu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem
omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.
Dat Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice millesimo quin-
gentesimo vigesimo primo, decimo octauo cal. Iulij. Pon. nostri anno nono.

Romæ, apud hæredes Antonij Bladij Impressoris Camerales.



100

causam

Lucas Militari de Al.

Bulla privilegiorum

Bulle ad privilegia

etiam Bullae Pauli 2^o Bullae B

causam 2^o privilegia

aliam Bullae Honoris Rubei

Pauli 2^o Privilegia

2

nomine, quod dicitur Acton i Bladij imp...

...viginti primo decimo octavo calid...

...omni potestate Dei ac Baronum...

...que in iudicio, et extra iudicium...

...fate, ac ex omni consuetudine...

...A. 1200. et 1210. et in omnibus...

...datis, et ex parte derogant...

...propter electores, et inter alios...

...actum de rebus, et forma in illis...

...in iudicio, aut in exequiis...

...etiam si de eis constituta...

...de rebus, et inter alios...

...fate, ac ex omni consuetudine...

...A. 1200. et 1210. et in omnibus...